

zwar die des Utrechter Bischofs Godebald. Der Brief ist, wie es natürlich auch der vorauszusetzende Brief des Erzbischofes sicher gewesen ist, ein publizistischer Akt und als solcher nach Möglichkeit abschriftlich in cluniacensisch gesinnten Kreisen verbreitet, und zwar wohl nicht nur in dem Sprengel des Bischofs selbst, sondern auch in dem Lütticher Bistume und den an Lüttich angrenzenden Diözesen, und so wird er dann auch in das Kloster gelangt sein, wo ein Schreiber ihn auf freigebliebenem Raume in unsere Hs. eingetragen hat.

Domno et patri suo . F . Coloniensium archiepiscopo . | . G . dei gratia quod est uiriliter agere et confortari | in domino. De Leodicensis ecclesie sororis nostre nefaria | inuasionem et execrabili oppressione . fama quidem | prius . sed nuper litteris uestris certius cognouimus . | ad cuius consolationem sicut monuistis quia presentiam nostram tam celeriter exhibere nequiuimus . sententiam nostram litteras sanctitati uestre de-|stinauimus. Videtur nobis hoc facinus quidem | omnibus ecclesiis dolendum . maxime autem matri | nostre . cunctisque filiabus ipsius lamentandum . | tum quia in filia incestus hic contigit . tum | quia in prouincia hac malum hoc accidit . ubi | primum et maxime hoc tempore pro uendican-|da ecclesie libertate decertatum est . et iam bonę spei fructus sperari potuit. Sed o insi-|diosa antiqui hostis circumuentio. In tanti | certaminis agone . iam circa boni cursus con-|summationem . repentino casu totius ecclesie faciem | nequissimus hostis tanta ignominia offudit . | ut sororem nostram intrusus hostis macularet . im-|mo quod sceleratius est filius matrem opprimeret. Me-|ministis historie ueteris quomodo filii Iacob pro | Dina sorore oppressa Sichem filium Emor Euei¹ | habitatoresque urbis illius licet in legem eorum | transire uolentes et iam circumcisos tamen seuiantes | ob stuprum sororis necauerunt . eoquod fedam rem | operatus est in Israel . et uiolata filia Iacob rem illicitam perpetrasset. Simili quoque forma pro sororis | nostre oppressione iusto animaduersionis zelo succen-|si adulterum illum licet ecclesiasticam emendationem | pollicentem de cubiculo sponsae xpi eicite . in co-|pula quam peruasit nullatenus permaneat . nulla in | hoc danda est

1) Vgl. Gen. 34, 2.